



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

II. Nouem Diplomata S. Henrici Imp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527



DIPLOMA PRIMVM

S. HENRICI SVPER AREA
RATISBON.


*IN NOMINE SANCTAE ET
individue Trinitatis.*

HEINRICVS DIVINA FAVENTE
clementia Rex. 1.

Norum sit omnibus fidelibus nostris presentibus
scilicet & futuris, qualiter nos piam Godehardi
Abbatis intēdentes petitionem, quia nobis fideli-
ter seruisit & dignus, quē beneficiaremur fuit, quandā nostri
iuris aream infra muros urbis Ratisponensis sitam, haben-
tem in latitudine pedes 40. & in longitudine pedes 80. quae ex
una parte platea quae ducit ad flumen, ex altera vero parte
area cuiusdam hominis nomine Ruori collimitat, monasterio
sancti Mauritij, cui idem venerabilis Abbas in loco, qui di-
citur Althah praesse dinoscitur, iure perpetuo retinendam per
hoc regale praeceptum contulimus, cum terminis suis exitibus
quoque & redditibus, siue ceteris quae quolibet modo vocari iuste
& legaliter possunt, appenditis, ea ratione, quatenus praefatus
Abbas Godehardus, siue successores eius liberam deinceps de
eadē area habeant potestatem possidendi, vel quicquid pro uti-
litatibus monasterij illis libeat, potestatiue faciendi. Et ut haec
nostra traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa permaneat,
manu propria eam roborantes sigillari nostra imagine iussi-
mus.

I mus.

mus. Data III. Idus Iulij anno dominica incarnationis millesimo secundo, Indiē. XV. Anno verò Domini Henrici Regis primo. Actum Babenburch.



SUPER EMVNITATE.
IN NOMINE SANCTAE
& indiuiduae Trinitatis.

I I.

HEINRICVS DIVINA FAVENTE
clementia Rex.




VIA si pijs DEI famulantium flagitationibus accommodamus benignum auditum summa salutis inde prouenire nobis incunctanter credimus remedium. Idcirco omnium sancta Dei Ecclesia fidelium praesentium scilicet & futurorum nouerit religiositas, quoniam tam anima nostra consulentes, quam etiam dilecti nostri Godehardi Abbatis petitionibus obtemperantes venerabilem S. Mauritij Martyris Abbatiam Alaha nuncupatam, sub nostra defensionis Mundiburdium, ac tuitionem cum omnibus eidem praefatae Abbatiae aliquo modo adherentibus, villis verò Iserahoff, Svartzaha, Coella, Gunzina, Munnichdorff, Puechoff, Oberanhaus, Vsterlingen, Gotzoltzing, Otilingen, Richerisdoff, Baltheringa nuncupatis, seu etiam ceteris cuiuslibet utilitatis commoditatibus, familiaribus, tributis, tributariis, rebus mobilibus & immobilibus, viis, inuis, syluis, saginis, aquis, piscationibus, molis, molendinis, pascuis, compascuis, siue apium pascuis, questis & inquirendis, nec non iusta acquisitione eidem praefatae Abbatiae pertinentis. Praecipientes igitur regali summitate edicimus, ut nullus

pertinente dolore non paruo tactus perdere quod iuste visus est
 habere, debere, eò restituere dignaremur. Cuius nos condigna
 petitioni assentiendum fore existimantes, eandem iam dictam
 villam nostra regali traditione atq; pagina ad ante dictum S.
 Mauritij monasterium in Alaha constructum concedentes
 restituumus, restaurauimus, donauimus atq; firmissimè subscri-
 bentes eò consolidauimus ad edificandum, restaurandum, ma-
 ceriandum prefatum monasterium, cum alijs Ecclesijs, cano-
 nijsq; fratrum, quia ob hoc praedictus Abbas requisit, quo-
 niam terra are nosa est, maceriae q; utilis. Tradentes igitur in
 proprium S. Mauritio subscriptoq; Abbati nec non & suis suc-
 cessoribus, quicquid inter Winter & Hoffkirchen videtur
 iacere, vel etiam ad ante scriptum monasterium inibi respi-
 cere cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus terris, cul-
 tis vel incultis, vineis, vinetis, molendinis, vijs, inuis, adificijs,
 exitibus & reditibus, syluis, venationibus, pratis, pascuis, com-
 pascuis, siue apium pascuis, aquis, aquarumue decursibus, pesca-
 tionibus, familijs, vtriusq; sexus, questis & inquirendis, seu
 omnibus qua dici, vel scribi, intrinsecus seu extrinsecus pos-
 sint, pertinentijs & utilitatibus. Et vt haec nostra traditionis
 auctoritas stabilis & inconulsa permaneat, hanc chariam inde
 conscriptam manu propria roborantes sigillisq; nostri impres-
 sione insigniri iussimus Data Nonis Nouembris, Indiēt. i. Anno
 Dominica incarnationis M V. Anno vero Domini
 Heinrichi, Secundi Regis IV. Actum Werdæ
 In Dei nomine feliciter,



SVPER



SVPER KINCHNAVV.

IN NOMINE SANCTAE ET
individue Trinitatis.

HEINRICVS DIVINA FAVEN-
te gratia Rex. IV.

Plantationis cuiusq; surculus trunco viridi impu-
tatus, quanto sapius aquis circumfusis irrigatur,
tanto citius ramis crescentibus in arborem erigitur.
Ecclesias igitur DEI comparationi eidem
nos recompensantes ubicunq; locorum nouiter plantatas si bo-
nis nostris aliquanto benignius adhibitis subleuamur, tanta
eas citius in diuina laude feliciter excrescere, tantog; nos fir-
mius imperij nostri culmen stabilire fideliter confidimus.

Quapropter omniam DEI nostrig; fidelium vniuersitati
notum volumus, qualiter nos ob interuentum ac petitionem
dilectae coniugis nostrae Chunigundæ Imperatricis Augustæ,
& Brunonis Augustensis Ecclesie Præsulis, & ceterorum
fidelium nostrorum Eberhardi Ratisponensis, Bennonis
Patauiensis Episcoporum, ad Ecclesiam sitam in Eremito, quæ
vocatur Nortvvald à Guntherio monacho, & inibi primi-
tus eremiticam vitam ducente, constructam, in honore victo-
riossimæ crucis sanctæq; DEI genitricis Mariæ, nec non B.
Ioannis Baptistæ, in usum fratrum ibi DEO sub regula S. Benedi-
cti seruientium, quicquid habuimus, à fonte aquæ, quæ voca-
tur Leipflusa, vsq; ad locum, qui vocatur Svartahvvinchil,
& inde vsq; ad montem, qui vocatur Ekkirischbuch, & ita vsq;
ad aquam, quæ vocatur Forchenbach, & inde ad Holeren-
berch vsq; dum venias Plechentenstein, & inde ad Grachen-
bach

*Villam.

bach, & sic ad fontem ipsius aqua, & ita per aquam, qua dicitur Flinsbach, & hinc, ut subterminatum est, ad flumen Regin, & per descensum Regin fluminis vsq; in * illam Piberach, qua duarum Piberach media interfluit, & sic sursum per eandem Piberach, vsq; ad lacum, qui est in mōte Hadavich, & inde per decursum aqua, qua vocatur Sebach, & sic inde, ut modo terminatum est, vsq; ad locum, vbi Kelbirbach cadit in album Regin, vsq; in Affaltresberch, & inde ad magnum lapidem, qui ex orientali plaga prope stratam iacet, qua Bavariam tendit, & sic per stratam, vsq; ad nigrum Regin, & sursum per eundem fluvium, ad locum vbi interfluit aqua Fladinz, & inde ad fontem eiusdē aqua, & ita vsq; ad Nauffinna, cum omnibus utensilibus, cum arvis, adificiis, agris, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inuis, exitibus, & reditibus, quæ sitis & inquirendis, seu cum omni utilitate, qua villo modo inde provenire poterit, per hoc nostrum preceptum, in proprium donauimus, atq; confirmauimus, ea videlicet ratione, ut nemo ulterius absq; eiusdem cella prouisoris suorumq; successorum licentia, potestatem habeat noualia faciendi, piscandi, aut villo ingenio feras decipiendi, aut qualibet potestate, infra prescriptum terminum exercendi. Et ut hac donationis nostra auctoritas, stabilis atq; inconuulsa omni permaneat auo, hanc chartam inde conscriptam subtusq; manu propria roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri, Data VII. Idus Iunij, Indiē. VII. Anno Domini MIX, Anno vero Domini Heinrichi secundi, VIII. Actum Merseburg. In
DEI nomine feliciter.


SVPER

SVPER HELINGERSPERGE.
IN NOMINE SANCTAE ET
individue Trinitatis.

HEINRICVS DIVINA FAVEN-
te clementia Rex. v.

Siquid nos Ecclesias DEI, vel in eisdem seruien-
tes, de nostris ditare studuerimus, proculdubio,
immarcescibile premium in futuro capessere cre-
dimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris, pra-
sentibus scilicet & futuris, notum esse volumus, qualiter nos
aterna vita desiderio inflammati, tam pro remedio anima no-
stra, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dile-
cta * coniectalis nostra Chunigundæ, & pro dilectissimi ^{v. xoria.}
Altahenfis Abbatis Godehardi gratissimo obsequio, eidem
Ecclesia, cui ipse praesse videtur, in usum monachorum inibi
DEO famulantium, in Comitatu Thiemonis praesidis, prope
monasterium in villa Helingerinperk dicta, mercatum ha-
benti Thelonium tam viantium quam nauigantium exigendi
ius perpetuum per hoc regale praeceptum contulimus atq; con-
cessimus. Quod si qua persona eidem loco abstulerit, in futuro
iudicio examinanda erit. Et ut haec nostra traditionis aucto-
ritas stabilis & inconuulsa permaneant, manu propria eam ro-
borantes sigillari nostra imagine iussimus. Data VII. Idus Iunij
Indictione VII. Anno Dominicae incarnationis M. I X. Anno
verò Domini Henrici Regis secundi regnantis VIII.
Actum Merseburg feliciter.
Amen.

SVPER


 SVPER MYNDERICHING.
 IN NOMINE SANCTÆ ET
individue Trinitatis.

V I. HEINRICVS DIVINA FAVENTE
 clementia Rex.


 I Ecclesias DE I alicuius doni incremento ditare
 vel sublimare studuerimus, nobis id profuturum
 esse minimè dubitamus. Quapropter nouerit om-
 nium Christi fidelium nostrorumq; industria qua-
 liter ob remedium anime nostra, & interuentum dilecti Ab-
 batìs nostri Godehardi suum iuge deuotumq; seruitium in-
 spicientes, monasterio suo Alaha dicto ad seruitium & ad
 usum fratrum DE O ibidem seruientium, in villa Mundri-
 chinga dicta, vnã Ecclesiam cum dotali manso, & duabus
 partibus decimationis, ad eandem Ecclesiam pertinentibus, &
 in villa eadem alium mansum cum mancipiis Frudun & vxo-
 re ipsius & filiis eorum; in Siffinchouen autem tres mansos
 cum mancipiis in his habitantibus: in Mangoltingen verò
 superius molendinarium cum molendino, in pago VVonaul-
 govve, in Comitatu verò Ruotberti Comitìs sitis, cum om-
 nibus appenditiis sue utilitatibus, quæ dici aut nominari pos-
 sunt, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atq; largi-
 mur. Et de nostro iure ac dominio in eorum ius ac dominium
 omnium transfundimus, ea quippe ratione, ut prædictus Ab-
 bas suiq; successores, vnã cum fratribus inibi DE O famulanti-
 bus, de prænominato bono eius utensilibus de hinc liberam
 habeant potestatem ad communem usum fratrum, quidquid
 eis libuerit faciendi, omnium hominum cõtradiçione remota.

Et ut

Et ut hac auctoritas nostra donationis stabilis & inconuulsa
permaneat omni tempore, hoc praeceptum inde conscriptum
manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri
iussimus. Data Octauo Idus Aprilis Indict. VII. Anno ab
incarnatione Domini M. IX. Anno vero Domini Henrici
Secundi regnantis VIII. Actum Regenspurg. Amen.



SVPER APPATISTORE.

IN NOMINE SANCTAE ET
individue Trinitatis.

VII.

HEINRICVS DIVINA FAVENTE
clementia Rex.

SIquid nos Ecclesias DEI vel in eisdem seruien-
tes de nostris ditare studuerimus, procul dubio
immarecibile premium in futuro capessere cre-
dimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris presen-
tibus scilicet atq; futuris notum esse volumus, qualiter nos a-
terna vita desiderio inflammati tam pro remedio anima no-
stra, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dile-
ctae contectalis nostrae Chunigundæ, & pro dilecti Altahen-
sis Godehardi gratissimo obsequio, eidem Ecclesie, cui ipse
præesse videtur, in usum monachorum inibi DEO famulan-
tium in Marcha & Comitatu Henrici Marchionis, de-
cem regales mansos inter hos terminos sitos item in orientali
plaga de illo vallo & duabus arboribus vulgo Felevun dictis,
subtus villam Abbatorf dictam, usq; in fluvium Danubij,
& inde rursus in latitudine usq; in occidentalem plagam, ad
terminum ministerij Sigimares, Weride, in longitudine
E verò,

verò, de Danubio vsque ad Wagreim ad Aquilonem terminantur, per hanc nostri praecepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eisdem pertinentibus, areis, edificiis, terris, cultis, & incultis, pratis, pascuis, aquis aquarūve decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, syluis, extirpatis, vel adhuc exstirpandis, seu cum omnibus, quae dici aut nominari possunt, utensilibus, & de nostro iure ac dominio in eius ius ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut praedictus Abbas, suiq. successores ex inde liberam habeant potestatem tenendi, commutandi, vel quidquid eis in usum praedictorum fratrum agere libuerit. Et ut hac nostra donationis auctoritas, omnium hominum contradictione remota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra iussione conscriptam ac signatam propria manu subius firmavimus. Data VII. Calend. Iulij Indict. IX. Anno dominicae incarnationis M. XI. Anno verò

Domini Heinrichi Secundi regnantis X.

Actum Regenspurg.



SVPER



SVPER ABSTORF.

IN NOMINE SANCTAE
& indiuiduae Trinitatis.

HEINRICVS DIVINA CLEM- VIII.
mentia fauente Romanorum Im-
perator Augustus.

Iquid Ecclesias DEI vel in eisdem seruientes de
nostris ditare studuerimus, procul dubio immar-
cescibile pramium in futuro capessere credimus.
Qua de re cunctis fidelibus nostris presentibus sci-
licet & futuris notum esse volumus, qualiter nos aeterna vitae
desiderio inflammati, tam pro remedio anima nostra, quam
parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectae cont-
ctalis nostrae Chunigundae, & pro dilecti Althensis Abba-
tis Godehardi gratissimo obsequio, eidem Ecclesiae, cui ipse
praesse videtur, in usum monachorum inibi DEO famulan-
tium, in Marcha & Comitatu Adalberti Marchionis decem
regales mansos inter hos terminos sitos ab occidentali videli-
cet plaga super villam, quae Abstorf nuncupatur, de medio
Danubij a lueo vsque in riuiulum, qui vocatur Smidaha, lati-
tudine ad Orientalem plagam, longitudine vero contra Wa-
greine vergente in locis probabilibus vsuq; semper aptis.
Insuper etiam paruulam insulam in Danubio, contra ean-
dem villam iacentem, per hanc nostri precepti paginam con-
cedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem
K 2 pertinen-

pertinentibus, arvis, adificiis, terris cultis & incultis, pratis, pas-
 cuis, & compascuis, viis & inuis, aquis, aquarumue decur-
 sibus, molendinis, piscationibus, venationibus, sylvis extir-
 patis vel adhuc extirpandis, seu cum omnibus qua dici vel no-
 minari possunt utensilibus, & de nostro Imperiali iure in
 eius ius ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ra-
 tione, ut praedictus Abbas suisq; successores, exinde liberam ha-
 beant potestatem, tenendi, commutandi, vel quicquid eis in
 usum praedictorum fratrum agere libuerit. Et ut hac nostra
 donationis auctoritas omnium hominum contradictione re-
 mota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra iussione
 conscriptam ac signatam manu propria subtus firmavimus.
 Data VII. Idus Aprilis Indict. II. Anno Dominice in-
 carnationis M, XIX. Anno vero domini Henrici
 Secundi regnantis XVII. Imperij Anno VI.
 Actum Merseburg feliciter.
 Amen.



PRIVI-



PRIVILEGIUM IMPERATORIS HENRICI PRO DVOBVS MANSIS SITIS IUX

ta Liupna: Concessum, Anno Domini M. I X.

IN NOMINE SANCTÆ ET IX.
individue Trinitatis.

HEINRICVS DEI GRATIA
Romanorum Imperator Augustus.

S Idignis nostrorum fidelium petitionibus assensum prabere decreuerimus, his scilicet, qui pro statu regni, omniumq; Ecclesiarum DEI, & pro nostra anima remedio, atq; nostrorum parentum, nostram adcentes Clementiam deprecantur, quatenus Ecclesias monasteriorum DEI sublimare, exaltare, atq; ditare studeamus: Non solum nos ab ipso retributionem accepturos speramus; sed etiam statum regni sublimari putamus. Proinde cunctorum sancta DEI Ecclesia nostrorumq; fidelium recognoscat industria; qualiter per interuentum ac petitionem Chunigundæ nostræ dilectissimæ coniugis, & Imperatricis, atq; Gotehardi nostri dilecti Abbatis monasterio sancti Quirini, quod situm est in loco, qui nominatur Tegrinse, duos regales mansos, sitos in loco, qui dicitur, Liupana, inter duos lapides Vuarstein, & Holinstein, donamus & proprio iure concedimus cum adificiis, cultis

cultis & incultis, pratis, pascuis, syluis, viis, inuis, exitibus & re-
reditibus, aquis, aquarumve cursibus, piscationibus, quasitis
& inquirendis, quatenus eiusdem praedicti monasterij Abbas
ad utilitatem ibidem DEO seruientium liberam habeat po-
testatem commutandi atq; ordinandi, omni contradictione re-
mota. Si quis igitur hanc nostri precepti paginam violare, vel
spernere praesumpserit, sciat se redditurum rationem omnipo-
tenti DEO in die Iudicii, & nostri gratiam in presenti seculo
nunquam consecuturum. Et ut haec verius credantur, diligen-
tiusq; ab omnibus obseruentur manu propria corroborantes
sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Guntherius Cancellarius ad vicem Erchanbaldi
Archiepiscopi & Archicapellani recognoui,

Datum anno Dominica Incarnationis M.
XVIIII. Indict. II. V. Id. Ian. Anno
verò Domini Henrici regnantis XVII.
Imperij verò eius V. Actum Chuo-
funge feliciter Amen.

Exscripsimus hoc Diploma ex ipso Antographo membra-
naceo, quod sanè vel primo aspectu nescio quem religiosum
erga antiquitatem motum in animo excitat. Copiam eius fe-
cerat admodum Reuerendus Dominus Paulus Abbas Tegern-
seensis vigilantissimus, nobili & consultissimo Domino Chri-
stophoro Geuoldo, Consiliario Bauarico; hic, mihi. Est autem
Chuosunge locus, quem Dietmarus Capungum seu Kafungum,
Auctor vitae S. Kunegundis Confugium vocat. De quo vide No-
tas in cap. IV, vitae S. Kunegundis.

NOTA-